

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 81va–81vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 69

[69] De arrestacione equorum etc.

Si aliquis arestat equum et dicit, quod sibi aliquis subtraxerit aut subtractus fuerit aut sit spoliatus, ad hoc trahere debet, ut iuris est, extunc ille se bene ad suum trahere potest venditorem et venditorem nominare debet, si super quem se traxerit, et iurare tenetur tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Non autem ipsum sequi debet [k. 81vb] ultra Mare Aquilonis. Et si defectus fuerit et neminem pro se respondentem habuerit, utpote venditorem habere poterit, ut se coram iudicio iacticavit, extunc sibi fideiussorie faciat caucionem iudicii pro pena et expensis, quas adversarius suus expendit, et diem debet nominare, quando ibidem debeat pervenire. Si autem dixerit, quod equum in foro communi aut libero emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equum reddere oportet, et nullam penam pro eo amittit.

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczanie, pieniądze]